

ausi sunt. in rapinas est itum. Erat victorum infinitus numerus. In libidinem. in seuitiam corruptior. Non dignitas. Non etas. non sexus quemque protegebat. Stupra cedibus. Cedebat stupris mucebant. Senes exacta etate. feminas viles ad pedam in ludibrium trahebant. vbi adultavirgo. aut quis forma conspicuus incidisset in manus rapientium diuulsus. ipos postremo direptores in mutuam pernitiam agebat. Dum pecuniam vel graua templorum dona sibi quisque traherent maiore aliorum vi truncabatur. Cumque in exercitu maximo ac dissono exercitibus Socys atque eternis conflato. diuerse lingue. varij mores: atque cupidices essent: et aliud cuique fas: nihil illicitum toto triduo in constantinopoli fuit. Templum Sophie Justiniani Cesaris opus. toto orbe famosum: et cui comparari alterum nequeat. nudatum sacra suppellectile. ad omnes spurcicias patuit. ossa martirum: que fuerant illa in vrbe preciosissima canibus obiecta et subus. Sanctorum ymages. aut luto fedate. aut ferro delete. Altaria diruta. In templis ipis aut lupanaria meretricum facta. aut equorum stabula. Coacti sunt serui verberibus ac tormentis dominozum abdita scrutari: ac eruere Inuenti non pauci thesauri quos in ipso belli principio infelices suffoderunt ciues. Quibus si pdefensione vrbis vtili fuissent suam fortasse vitam. et patrie libertatem seruassent Sed euaro in aurum nulla potestas. captiui omnes incastra deducti. pudet dicere christianorum dedecus: dicam tamen et posteritati tradere non verebor. quoniam persuasum mihi est. futuros aliquando et fortasse antequam moriar: qui tantam saluatori nostro illatam ignominiam vlciscantur. Simulachrum crucifixi quem colimus et verum deum esse fatemur. turbis ac tympanis preeuntibus. raptum ex vrbe. hostes ad tentoria deferunt. sputo. lutoque fedat et ad nostre religionis irrisioez iterum cruci affigunt Exin pileo. que sartulum vocat capiti eius imposito. corona vndique facta. h est inquit christianorum deus.